



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

an*ni* rotundis libra libra iuncta
S V M M A R I V M .

- 1 An, & quando ecclesia polluta per humani sanguinis effusionem,
- 2 Quid si vulnus intra ecclesiam infligitur, sanguis tamen extra eam effundatur?
- 3 An percutiens aliquem in ecclesia sit ipso facto excommunicatus,
- 4 Ecclesia polluitur etiam per voluntariam seminis humani effusionem,
- 5 Et an per copulam matrimonialē sequuntam in ecclesia.
- 6 Ecclesia polluitur per homicidium in ea commissum, etiam si mors sequatur extra ecclesiam.
- 7 Item polluitur si in ea sepelitur infidelis, etiam si infans sit, & filius alicuius fidelis, & quomodo id intelligatur.
- 8 Item si sepelitur excommunicatus, & quomodo hoc intelligatur,
- 9 An ecclesia violetur per sepulturam hominis nominatim interdicti.
- 10 An ecclesia ab Episcopo excommunicato publico consecrata, vel benedicta censeatur polluta:
- 11 Quae requirantur, ut ecclesia polluta dicatur, & num. 12. 13. & 14,
- 15 An simplex Sacerdos possit reconciliare ecclesiam pollutam.
- 16 An Episcopus & eius Vicarius dispensare possit, ut in ecclesia polluta celebretur.
- 17 An Ecclesia in dubio presumatur consecrata.

18. Quia ex expensis reconciliationis ecclesia polluta fieri debeat, hunc.

19. Quam paucam incurrit celebrare in ecclesia polluta, & num. 20.

C A P. XVI.

Quo Casu in Ecclesia polluta diuina officia celebrari nequeant.

S. I.

Quibus casibus Ecclesia pollutatur:

R Esp. ecclesiam pollui primò per humani sanguinis effusionem intra ecclesiam cap. propositi & cap. vlt. de Consecr. Eccles. cap. vn. eod. tit. in 6. sufficit autem ad hunc effectum, vt vulnus intra ecclesiam inflictum sit, quāvis sanguis effundatur extra, vel in aliquo vase Ancharan. in dicto capitulo vn. quem refert, & sequitur Megal. var. 2. ref. 168. nū. 5. Bonac. de Matrim. q. 4. pun. vlt. num. 20. non tamen sufficeret, quod sanguis in illa effundatur, si vulnus extra inflictum sit Nauar. in man. cap. 27. num. 256.

Quare non censetur polluta ecclesia, si quis aliquem in ea percutiat circa sanguinis effusione, etiamsi carnes contundat, vel ossa frangat Sylu. in ver. consec. 2. num. 5. Nauar. loco cit. Bonac. de matrim. q. 4. pun. vlt. num. 20. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 28. num. 54. Ricc. in Prax. for. eccl. 2.